Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



179

dus totus in orbe terrarum mundus exultat Sed et superne uirtutes atque angelice potestates unum nomen glorie tue canunt sine fine dicentes

Sufficiat autem Omnipotentem et diem sacratissimum pentecostes pueniente celebrantes quo spiritus sanctus apostolis in numeris linguis apparuit Sed et memoriam sufficiat autem hanc igitur oblationem seruitutis nostre sed et familie tue quam tibi offerimus prius quoque quos regenerare dignatus es ex aqua et spiritu sancto tribuens eis remissionem omnium peccatorum ipsis done ut placatus accipias Dieque nostros in tua

Per omnia et salutare

Prefatio de sancta trinitate

Nos tibi semper et ubique gratias agere domine sancte pater omnipotens eterne deus Qui cum unigenito filio tuo et spiritu sancto unus es deus unus es dominus non in unius singularitate personae sed in unius trinitate substantiae Quod enim de tua gloria reuelante te credimus hoc de filio tuo hoc de spiritu sancto sine differentia discretionis sentimus ut in confessione uere sempiterne deitatis et in personis proprietas et in essentia unitas et in maiestate adoretur equalitas Quam laudant angeli adorant dominationes tremunt potestates Celi celorque

Per omnia et salutare

Prefatio de apostolis

Te domine supplices exoramus ut gregem tuum pastor eterne non deseras sed per beatos apostolos tuos continua protectione custodias Et idem rectoribus gubernetur quos apostolis tuis uicarios eidem contituisti prepositos Et ideo

Per omnia et salutare

Prefatio de beata uirgine

Te domine nunc uenerationem beatissime semper uirginis collaudare benedicere et predicare Que et unigenitum tuum sancti spiritus obumbratione concepit et uirginitatis gloria permanente lumen eternum mundo effudit iesum christum dominum nostrum Per quem maiestatem